Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">>



Ephraim dueet ad interfectores filios suos da eis dne. Qd dab
eis da eis uulua sine liberis et ubera arentia. Omne nequitia eorum
in galgal qr ibi exosos habui eos. Propter malitiam adinuentionum eorum.
De domo mea eiciam eos. Non addam ut diligam eos. Omnes principes eorum
recedentes. Percussus est Ephraim radix eorum exiccata est fructum
ne quaquam facient. Et si genuerint interficiam amabilia ventris
eorum. Proiiciet eos deus meus. qr non audierunt eum et erunt vagi
inter nationes. Sequitur ordinem prophete Osee.

Vitis frondosa israhel fructus adequans sibi secundum mul
titudinem fructus sui multiplicauit altaria iuxta ubertatem
terre sue exuberauit simulacra. Diuisum est cor eorum nunc interibit
ipse confringet simulacra eorum destruet aras eorum qr nunc dicent. Non est rex nobis. Nos enim timemus dnm et rex qd faciet nobis
loquimini uerba uisionis inutilia et federa fedus cum medaac et
germinabit qi amaritudo iudicium sicut sulcus agri. Vacca be
thauen coluerunt habitatores Samarie qr luxit super eum populus eius
et editui eius super eum exultauerunt in gloria eius qr migrauit ab
eo. Sigdem et ipse in assiria delatus est munus regi ultori.
Confusio Ephraim capiet et confundet israhel in uoluntate sua.
Timuit fratres Samaria regis sui qi spuma super faciem aq.
et disperdentur excelsa idoli peccati israhel. Lappa et tribulus
ascendet super aras eorum et dicent montibus operite nos. et collibus
cadite super nos. Ex diebus gabaa peccauit israhel ibi steterunt. Non comprehendet eos in gabaa pluui. et filios iniquitatis
super terram meam arripiam eos. Congregabuntur super eos
populi cum arripientur propter duas iniquitates suas. Ephraim vi
tula docta diligere tritum. Et ego transiui super pulcritudinem colli eius
ascendam super ephraim dirumpet iudas. confringet sulcos
iacob sibi seminate vobis in iustitia metite in ore misericordie
nouate uobis nouale tempus auferre dnm donec ueniat qui
docebit nos. iniquitatem arastis impietatem messuistis.
Comedistis frugem mendacii. qr confisus es in viis tuis
in multitudine fortium tuorum consurgit tumultus in populo tuo.
et omnes munitiones tue vastabuntur. Sicut vastatus est Sal